

Оссолінські колекції.

CD – диск виконано в рамках угоди укладеної з квітня 2004 р. між Львівською науковою бібліотекою НАН України у Львові і Національним Закладом ім. Оссолінських у Вроцлаві.

Lwowska Naukowa Biblioteka im. W. Stefanyka NAN Ukrainy. Oddział Rękopisów. Zespół
(fond) 103.

ARCHIWUM SAPIEHÓW Z KRASICZYNA

IX. RĘKOPISY I DRUKI.

632. Argumentum immortale virtutis et sapientiae in Mariano Seraphico doctore divo
Bonaventura ... representatum. Druk, Poznań 1687.

STRONY NIEZAPISANE NIE ZOSTAŁY ZDIGITALIZOWANE

IMMORTALE
VIRTUTIS & SAPIENTIAE
ARGUMENTVM
JN MARIANO SERAPHICO
DOCTORE
D I V O
BONAVENTVRA

Jn Ecclesia AA. RR. PP.

Ordinis Minorum
S. FRANCISCI Conventualium

Ab Uno e Societate JESU,

Oratoria Panegyri

REPRÆSENTATUM.

POSNANIAE,

Anno 1687.

superiorum permisu

Academicis Societ: IESU.

ЛЬВІВСЬКА НАУКОВА БІБЛІОТЕКА
ІМ. В. СТЕФАНИКА НАН УКРАЇНИ

ВІДДІЛ РУКОПИСІВ

ФОНД 103 (Can)

ОПИС _____

ОД. ЗБ. 632/a

Seraphici

ORATIO
PANEGYRICA.

Multa jam interierunt sæcula, & adhuc SERAPHICI DOCTORIS laudibus, implentur calami, linguæ personant A. A. Quantus erat Doctorum prodigium? cujus ut narrentur ACTA, sæculis negotium, munus, æternitati, imponitur. Arduum est, præclara Illustrium Virorum facinora posteritati tradere, nec minus periculum loqui quàm tacere. Vidimus, bella constare momentis, horis computari Victorias, brevi tempore, in summa eluctatos, Magnis dare Iura Quiritibus. At verò, longa ætatum series, laudantium, fatigat calamos, torquet ingenia, immò, augusta gloriæ Monumenta, nondum docto, luci vulgata calamo fata interrumpunt. Quod si verò immortalia, veniant ad calamos, vel ipse Divinus Plato fatisceret enarrando. Multos eò assentatorum Vota, eò fortuna extulerat, ut se crederent Immortales, & in Maximo gloriæ splendore, cæco felicitatis impetu, in Divinitatem tollerentur. Credebant Nimirum, quod in summo honorum fastigio, orbem imperio, Cœlum felicitate premerent. Cædebant ingentes Exercitus, sibi victimas cadere putabant, infeliciq; aliorum casu in Divinitatem tollebantur. Triumphaturos Vniversorum vota, jam Capitolio, jam aris inferebant, fiebantq; cæcitatæ victimæ, cum immensitate gloriæ, unius triumphæ pompæ, naturam

ram totam traducebant. Quot felices tot Numina, quot fortunati, tot immortales credebantur. Victorias superata Regna, elato fastu temerabant. Abijt extra se Alexander, cum ultra Orientem triumphos produxisset. Fingebat se à Dijs immortalibus ducere originem; at verò, effuso de vulnere sanguine, erubuit hominem quem simulaverat. D. Augustus, jam hominem exuerat, immortalitate donatus, cumq; nec homo fieri posset, pro Numine colebatur. Ex antiquitatis more, non tam funebres comburendo corpori, instruxère Romani pyras, quàm veriùs, aras immortales. Illatum Senatorum humeris, cadaver rogo, coelo votis. Et ita ardentia populi studia in ignem abierunt. Procul hæc à veri imagine. Verius, immortale Virtutis & Sapientiæ, **MARIANVM, SERAPHICVM DOCTOREM** Vobis hodie R. R. PP. proponam **ARGVMENTVM**. Quod si infractanti Doctoris Majestatem, sese demiserit Oratio, non laudantis censete crimen, sed illius ream, facite magnitudinem. Præsto erit facilis veniæ argumentum, me **IMMORTALE D. BONAVENTVRAM** assumpsisse, **ARGVMENTVM**.

Ad Magnorum Cunas, veluti ad Immortalis gloriæ theatrum standum est. Pulchrum est eodem passu, & orbem, & folia tenere, se fasciis, populos legibus catenare. Nondum habere Nomina, & Magnorum Titulis accenseri. Nimirum, etiam, de Infantum lacrymis, Illustrissimus **HONORVM** Titan emergit, quibus vel virtutis, vel illustrium Natalium aurora præluxerit. Accipite documentum. Luci mortalium, se se intulit magnæ spei & votorum infans, & jam Italiam Magnitudine, Galliam Sapientiâ, Balneoregium solatijs implebat. Nimirum profagi futurorum ortus, consecrantur honoribus, Tyâris attolluntur, summis denique eminent dignitatibus. De nato Infante vix urbem fama impleverat, majorem se ipsa admirata est, didicitq; etiam exilibus Cunis, sese

in minimum posse crescere. More ingentium flumini-
 num, quæ septenis etiam, cum Nilo alveis in orbem dif-
 fluunt; datura documentum, Maxima posse decreſcere,
 minima protendi ultra terminos. Non humiles, Maxi-
 mo infanti ſternebat Lucina cunas, ſed futurorum præſcia,
 tenerum Corpus, CARDINALITIA ornabat purpu-
 rã, adè ut adhuc infans, dici Pater purpuratus merere-
 tur. Caput eminebat Tyaris, frontis majeſtatem decora-
 bat Tænia, & qui creſcebat Corpore, jam ſummis digni-
 tate major erat. Infra ætatem fuerat, jam ſuperabat en-
 comia, nihilq; difficilius fuerat, quàm infantis majeſta-
 tem explicare. Arctabat faſcijs membra Mater, at Ma-
 jeſtas, undiq; erumpebat, ſummumq; tetigiſſe mirata
 eſt, cum adhuc formare grefſus ignoraverat. Scilicet
 Auguſta Virtus, nunquam immatura eſt, triumphat in
 Cunis cum Hercule, cum reptante Stillicone ſpolia nume-
 rat. Immortale hoc, nondum Cunas excedere, & jam
 pro maximo reputari, non poſſe, ultra faſcias manum
 protendere, & jam tenere maxima.

Auguſtas de infante ſpes, permifcuit viciffitudo lu-
 ctibus, ſolatia mæroribus complevit, ut diſceremus ſem-
 per lugubre fatum, ad magnorum Cunas excubare. * Le-
 thalis morbus ita in infante invaluerat, ut concepta, de
 illo Parentum vota, plane concidiſſe viderentur. Ergo
 deplorant Parentes, dolorem effuſiſſe orbi non infan-
 tem. Implentur omnia lacrymis, præmatura enim MA-
 GNORVM fata, nunquam non magni luçtus excepè-
 re. Parcite crudelia fata, nec invidere ſumma Bona ven-
 tura orbi cum BONAVENTVRA, quem Sapientiæ
 Majeſtatem, orbis prodigium, cernitis circumferre. Sed
 enim vero dicebant fata, qui ſolam ætatem Magnitudi-
 ni adijcere debet, infans perimendus eſt? Fruſtra Me-
 dicorum fatigatur induſtria, ubi morbi malignitas, fune-
 ſto fatorum icçu terminanda. Credite, tanta ab infanti-
 li BONAVENTVRÆ, vultu emicabat majeſtas, ut vel

* Oſavi: in Orat. de D. Bonav.
 Infirmiſſas D. Bonavent.

ipsa ægrum medicina timeret. Nec audebat terre re-
 media morienti, quem videbat immortalem. * Quid
 enim? Seraphico Doctori remedia de Cœlo petenda
 sunt. Itaq; concepta pro Infante Vota, amissa pepère-
 re gaudia. Vixisse felicius haud poterat, quàm Cœlo
 Superisq; obligatus. Ne caderes Infans Maximè, Su-
 perùm Hecatomben cecidisti. Porrigere exporrectam
 manum Auguste Parens, Ordinis SERAPHICI FRAN-
 CISCE. Eripe fatis Tui quondam capitis Coronam.
 Accipe à manu hac longioris vitæ præfagia, quæ alij in vo-
 tis tantum habent, Tu verò manu tenes. Triumphaturo
 de atroci fato fortior, quia gemina manus, victoriæ pal-
 mam porrigebat. Tantundem jam à morte aberas, jam
 vitam, explicata FRANCISCI metire manu. Non tibi
 inexhorabile fatum, metuendum cui præsto est in manu
 consilium. Parem illum putate Macedoni, etiam ille, u-
 na manu orientem vitæ, altera tenet occidentem? * V-
 ta pro infante Mater finierat, deplorata vota recipit. De-
 cebat Votorum filium, votis morti eripi. Nec perdidit
 solatia, ut pote quem FRANCISCI Manus, fore Immor-
 talem demonstrabat. Dedisti jam in Matre Nomen
 SERAPHICO ORDINI, mihi de Te Immortale dicen-
 di ARGUMENTVM.

Redditus sanitati, statim virtutem cum lacte bibit,
 quasi Matre Innocentia educatus; Cumq; adhuc Mater-
 num suxisset pectus, jam pietatem devoraverat. Illa
 tantum puerorum gustabat lenocinia, quæ pietatem sa-
 piebant. In alijs adhuc à teneris, educant fastum incu-
 nabula, Honores ambitionem, pronaq; talium in omne
 probrum adolescentia. Ille verò sic eminere volebat,
 quasi se ipso minor esset. Tarda Corporis incrementa,
 superabat Virtutibus, id unice in voto habuit, ut Probi-
 tas emeretur. Diceres, juratum illi cum Harpocrate si-
 lentium, nisi prius Virtutes, quam verba exprimeret.
 Quantum est bonis nasci de Parentibus. Illi de Te sancti-

* Vota Matris in infirmitate
 * Recuperata sanitas

16
ora concipere vota, poterant, Tu verò exequi. Vove-
runt illi Tu reddidisti. * Primam ætatem, quam alij sæ-
culo, alij facili in præceptis Iuventæ, Tu Pietati, Tu Supe-
ris consecrasti. Si somno levabas Corpora, vigil semper
cunctorum admiratio Magnum Te cum SERAPHICO
PATRIARCHA prædicabat. Si Paternâ domo, extu-
listi pedem, omnes Te efferebant, miratiq; inter se na-
tum, quem supra se sciebant. Quæ calcabas domi limi-
na se à tanta Majestate deprimi gestiebant. Sustentanda
erant credo domus tecta, ne se se Tibi adsternerent, aut
Magnitudinis Tuæ ferendæ imparia, locum darent, quo
se Tua ampliùs tolleret Magnitudo. Admiratus olim
orbis, Innocentiæ candorem inter rosas, in Niceta, inte-
gritatemq; animi, quàm ut tantò faciliùs servaret, linguam
sui Corporis partem amittere debuit. Non potuit inter
rosas ruborem perdere innocentia, quam armatæ spinis
rosæ tutabantur. An fortè quia cæca libido, eripere non
potuit Nicetæ Innocentiam, saltem sub rosa esse voluit.
Sed enim vero, quæ dominari gestiebat, servire debuit,
rosis coronatæ Verecundiæ. Immortale hoc, etiam in
Te BONAVENTVRA, qui ut servares Innocentiam
totos, adolescentiæ annos, in triumphum duxisti. No-
vennis olim ad aras Annibal, in perniciem Romanorum
juraverat, in cujus manus, ut tanto facilius, debellatus
hostis, venire posset, se stringit juramento. Nihil ille
tunc, quàm iram, hostium cædem, voluebat animo, lita-
batq; iram, ut victoriâ potiretur. Superavit annis BO-
NAVENTVRAM Annibal, non animo. Momentis
computabat victoriâ, cæde hostium triumphos, qui in-
nocentiam oppugnabant. Pulchrum ac Immortale hoc.

Mens circumflua luxu.

Noverat intactum vitio servare rigorem.

Hæc sunt Virtutis rudimenta BONAVENTVRÆ, qui-
bus, (si summos etiam superare voluisset) nihil præter æ-
tatem addere opus fuerat. Vbi primum judicia rerum

* Virtutes in infantiâ

ex arbitrio ferre poterat. soli Magnitudini leges dabat. Cogitabat literis dare operam, & iam VIRTVTIS DOCTOREM agebat. Habebant quod ab illo discerent, à quibus ille, doctrinæ Tyrocinia, illi Virtutem hauriebant.

Alio jam, & sua & Matris vota vocabant BONAVENTURAM. Vbi secundum supra vigesimum (plane fortunatum) ætatis suæ attigisset annum, Deo se mancipat in SERAPHICI FRANCISCI Familia, cui ab Infantia manus dederat. Intulit Illustri huic Familiæ, vitæ sanctitatem, integritatem animi, credebantq; universi, illum æternitatis filium, qui tantis virtutibus emicabat. Nihil urbis luctus, nihil amicorum lacrymæ egere, quibus tantò facilius ad votorum metam eluctatus est. Spectate devictis hostibus, subjugatis imperijs, Augustos, Pompejos, fastum ducere in Capitolium, non gloriam. Nemo certe sic, ut ille de sæculi fastu triumphavit. Lætus ingeminabat.

Heu nescis quid fata Tibi quid Sydera donent?

Quid fortuna paret? Toti dominabere mundo

Si parere velis.

Superavit Saguntum Annibal, Scipio Africam. Minotaurum Dædalus. Solus ille orbem duxit in triumphum. Revolvite antiquitatis monumenta, invenietis insignem felicitate Polycratem, Cræsum opibus, fortitudine Macedonem; similis verò BONAVENTURÆ inter Superos quæri potest. Accepimus Catonem, casum de cælo, originem de terra duxisse, & jam Senatum admiratione, Curiam oraculis implebat. Majora, de Te dixero, in quo si vitam, si Virtutes spectes, Divinæ sunt. Augeta est hodie Parisiorum magnitudo, cessat amplitudo Athenarum, quæ dum noctuis sapientiam, tenebris gloriam adumbrabant. Habent augustæ Parisiorum Athenæ, quod illis Cæli invident. Illi uno sole beati, hæ verò, uno in Thoma, altero, in Doctore Seraphico illuxerunt.

Prodeat iam ex umbris suis fidei obscuritas, quidquid difficultatum, Divina proferebat Sapiencia, gemini hi soles illustrabunt. Si vobis de Dei profunditate disputandum erit, quæretis veritatem in Thomæ abyſſo, ſi de Magnitudine, præſto erit in **EMINENTISSIMO BONAVENTURA**. In tam ſublimè ſapientiæ faſtigi- um, non alio præduce, quam Alexandro de Ales evolavit; ſtatimq; in primo ſcientiarum occurſu, Immortale Sapien- tiæ ſuæ demonſtrat **ARGUMENTVM**. Concludite omnes, parem Alexandro **BONAVENTURAM**, quam facile huic de Divinis diſputare, tam facile huic intelligere. Illa eſt, illa ingenij Tui felicitas, ut cum alios, profunditas ſcientiarum Dei abſorbeat, Te verò nec impleat, cujus in Te altitudinem moderatione animi deprimebas. Non aliud eo tempore Pariſiorum Athenæ, diſputandi habe- bant argumentum, quàm illius magnitudinem intellige- re, nimirum tanta erat, ut vel ipſum excederet Alexan- drum. Faciliùs erat, Nucleo Homeri Iliadem, Muſas Pyrrhi annulo, quàm illius Magnitudinem, compren- dere Alexandro. Græcis vix decennium ad expugnandam Trojam ſuffecit. Ille vero ſeptennio, de Pariſiorum Sapiencia triumphavit. Coronate Galliarum Lilia Do- ctoris Innocentiam, Pariſienſium Athenarum Laureæ ſa- pientiam. Et jam pari omnium voto in ſapientiæ faſti- gium provectus eſt. Divino excutit ingenio, Magiſtri Sententiarum Librum, ſtatimq; unica omnium ſententia fuerat, nunquam eo dignitatis Pariſiorum ſurrexiſſe ma- gnitudinem, quam dum docentem **BONAVENTU- RAM** audiſſet. Tollite caput auguſtæ Sapienciã Athe- næ, & dum **BONAVENTURÆ** orbis Sapiencibus præ fertis Maieſtatem, veſtram attollitis dignitatem. Con- ſultum dignitati Veſtræ crediderim, ſi immortale hoc concluſeritis **ARGUMENTVM**.

Iam è theatro Sapienciæ, in orbis theatrum, (hæc enim ſola par Maieſtati Seraphici Ordinis domus eſt,) cum

Doctore Seraphico, deflectit Oratio. Cœlum dixisse debueram, vel Magnificum Honoris palatium, ubi tot soles, quot Magnorum simulachra virorum cum Phœnicensibus adoramus. Dicam, de SANCTISSIMO hoc ORDINE, ivère plurimi per summa orbis Decora. Alijs tanquam summis Ecclesiæ capitibus famulantur imperia, alij Cardinalitijs rubent Purpuris, alij Sanctioribus Præfulum Tiaris eminent, alios Doctorum præmia frontium decorant adoreæ. Vt constaret, quod in Amplissimo hoc Cætu.

Per Fasces numerantur Avi, semperq; renata.

Nobilitate virent.

Auxit hæc decora BONAVENTURA, nec Purpurâ modo & Tiaris, verum etiam, animi modestia, quâ supra omnes eminebat. Nemo certè illo major fuerat, quando se ad aliorum obsequia demittebat. Scilicet magna Virtus, cum se in sublime extulerit, ex dignitate Magnitudinis suæ ducit, inferiorum obsequio non deesse. Morbo, solatur afflictos, putabat, nimirum, nunquam suam pluris valere magnitudinem, quam cum eam male valentibus submisisset. Maximè contagiosa lue tabescentibus, quos vel ipsa horrebat natura, impendebat operam, probavitq; magnam Virtutem, ubiq; securam esse, nec illis posse nocere fata, qui virtute tutantur. Postquam sic de se triumphat, unanimi omnium voto, MINISTER GENERALIS ORDINIS SERAPHICI, eligitur. Cui fastigio vigilantiam, omnium Virtutum comitarum intulerat. Sciebat enim, nullam Virtutem habere Principem, nisi omnes habeat. Tantus est in hac dignitate, ut si vel ipse SERAPHICVS PATRIARCHA daret dignitati suffragia, non alium optare, & eligere vellet, præterquam BONAVENTURAM. Nec major augusto Honori potuit contingere felicitas, quàm in illo eminere. Æternitatis negotium esset singula Virtutum Tuarum decora, posteritati calamo deducere. Quare nihil hic de singulari

lari in Reginam Cœlorum cultu, satis erit mihi dixisse, illum fuisse Magni Principis Internuntium, qui continuo pro Gabriele perorat ad Virginem. Quantus erat, qui inexhaustum Mariæ Oceanum, Cultu, veneratione implere potuit. Nihil de animi modestia, nihil de sancta fame, quibus ita ruborem vultui, venis sanguinem extinxit. ut solam Innocentiam, ora præferre viderentur. Nunquam sic Galliarum Lilia, quanquam in florentissimo aliàs Regno, ut in vultu **BONAVENTURÆ**, vernabat Innocentia.

Amplissimum verò Sapientiæ se evoluit **ARGUMENTVM** in datis in lucem à **BONAVENTURA** voluminibus. Ponite illum extra mortales, qui tam ardua scribendi argumenta Divino ingenio excutere potuit. Primam narrandis **SERAPHICI FRANCISCI** Actis impendit operam, qui labor aut, Angelo, aut **FRANCISCO** debebatur. Sanctum hunc persequenti laborem, **THOMAS** supervenit, decebat enim **SERAPHICO** insudanti operi, Angelicum adesse Aquinatem. Investiganti unde tam prodigiosa Sapientiæ depromat argumenta, quibusve de fontibus, inexhaustam deducat Sapienciam, Numinis affixi Simulachrum, Divinam profundioris Sapientiæ Bibliothecam **THOMÆ**, id est abyssu, ob oculos ponit. Nec enim aliunde tam sublimis Sapiencia concipi poterat, quam à **VERBO INCREATO**. Ne aliquid non Divinum, in illius monumentis legeremus, Numinis sanguinem in paginas transferebat. Explicata triumphalis arbor, Sapientiæ palmam eidem porrigebat, Veriusq; **DOCTORI SERAPHICO** Scientiæ arbor probabatur. Assurgat jam Magnitudo Tua. Pulchrum & Immortale hoc, se infra homines deprimere, & Deum habere Præceptorem. Alij tot sæcula, vitam, Sapientiæ consecrant, & tamen ignorantiam sepulchro inferunt, Tu ab unico Æterni Patris Verbo, Immortalem concepisti Sapienciam, utq; sæculorum Do-

ctorem ageres, satis fuit, Vnicum VERBUM didicisse. Vulnera, hominem fecere Alexandrum, Numinis Cicatrices DOCTOREM BONAVENTURAM, in quibus, hic Sapientiam reperit, ille Divinitatem amiserat. Serpebat hæctenus, per Athenarum umbras Sapientia, latebat per nemora, hodie verò in luce est, dum in Sole veritatis. Sedet ad Clavum imperij, dum illam, inter affixi Numinis clavos intuemur.

* Coronavit suam Sapientiam, dum librum CORONAM VIRGINIS concepisset; tali enim Doctoris Innocentia, fuerat coronanda. Tot hæc gemmas credite, quot verba, quæ illi vel vitæ Innocentia, vel mare Gratiarum porrigebat. Divites, bibisse gemmas debuerat, quas, augustis MARIÆ fastis infereret. Quid aliud de redimito spinis Numine, quam Coronam Virginis nexuisset. Rigebant auro hi Mariani Fasti, quos de Numinis capite, auro scilicet optimo conceperat. Rubebant Purpurâ, quos, poto de vulneribus sanguine, & Innocentia tinxerat. Quid alios memorem? Sex alæ Cherubim, Te in summum Sapientiæ provehunt. Innumeras, dixisse debuerat, quæ tantam, dignè efferrent Majestatem? Involasti itaq; in sæculorum encomia, quibus, ne te innata, animi modestia subduceret, alas posteritati reliquisti.

Plusquam arduum nobis fuerat, ad Tuam eluctari dignitatem, dedisti plenum gloria ITINERARIUM, ad Deum & ad Te ipsum. Quasi tam difficile sit ad Numinis pervenire Magnitudinem, quam ad Tuam. Quanquam nec opus fuerat ITINERARIO, ad quem tot illustria Virtutum Monumenta deducebant.

Demonstravit VIGINTI PASSVS AD VIRTUTEM, à qua ne uno quidem passu, unquam aberraverat. Semper illi vicinus Virtutum Comitatus, à quo solis passibus, distare poterat. Nec enim longius, à Virtutum Principe amoveri poterant. Quantus erat apud quem, inquilina Virtus, viginti passibus excubabat. Implebant

bant illum Virtutes, nulli in illo noxæ locus fuerat, & tamen de peccatorum ternario disputavit. Nempè facilius illi erat, calamis vitia proscribere, quàm minimo nævo Innocentem animum temerare. Invitant, alij Crimina, blandiuntur vitijs, ille verò etiam calamis proscribebat.

Celebravit calamo **INFANTIS DEI FESTIVITATES**, nec enim Immensum in Infantia Numen, ab alio præterquam à **BONAVENTURA**, laudari potuisset. Hoc unicum Magnitudini Dei Infantis deerat, ut illius Magnitudinem, **DOCTOR SERAPHICVS**, calamo ex fasciis evolveret. Si aliquando Immortale hoc Virtutis & Sapientiæ **ARGUMENTVM** tacerent sæcula, **CENTILOQVIVM** Doctoris loqueretur. Sufficit Trajani narrandæ Magnitudini, Plinius, Constantini, Theodosij, Pacatus, Nazarius. Nobis verò.

** Centenis resonent si vocibus ora,*

Nihil de illo dixisse videbimur, nisi Centiloquio Aetæ illius celebrentur. Voluit immortalitatem Tuam **FONS VITÆ**, seu **PARVVM BONVM**, Maximum dixisse debuerat, quod ab immortali illius Sapientia derivatum. Prætereo alia sublime enim, **SERAPHICI DOCTORIS ARGUMENTVM**, eo jam provectum est, quo Oratorum calamis eluctari concessum non est * Vidimus illum in summo Sapientiæ fastigio, & adhuc **REGORIVS X.** eum in Purpuratorum Patrum fastigio ponit. Maximum istud est, à Summo Christi Vicario inter Eminentissimos recenseri. Quanquam nec efferri debuit, idem enim ad **SERAPHICVM DOCTOREM** quod & ad summos Honores iter est. Et quem adhuc à teneris tinxerat verecundia, creari **PATER PURPURATUS** non debuit, sed declarari. Invenit illum hæc Dignitas, parem Regibus, Majorem Principibus, Virtute verò nemini æqualem. Cujus pretium, ita Cræsi Lucullicq; superabat opes, Midæ aurum, gemmas Cleopatix, ut merito, in annulo piscatoris poneretur.

* Claudian.

* Gregor. X. Cardinalem eum fecit

* Vacabant eo tempore Albanenses Infulæ, quærebant sui Nominis ANTISTITEM, nemo erat, præter Innocentem BONAVENTURAM. Ad sidera extulere caput rupes Hetruriæ, dum in tanto Præsule eminent. Quid verò, Caucaesæ hæ moles, Olympo caput inferunt, scilicet, novi ANTISTITIS monumenta gloriæ provehebant. Subducebat illum summis Honoribus animi modestia, faciliusq; illi erat mereri Maxima, quam acceptare. Quare novam Albanenses Gygantonomachiam instrunt, missa de cælo saxea grandine, cum modestia Illius certaturi. Quantum valebat Magnitudine, si contra illius modestiam suppetiæ de cælo petendæ sunt. Stabant arrecto vertice rupes, Præsulis imperia expectando; Tantumque Seraphico valebat ore, ut vel ipsa saxa commovisset. Quamvis verò rudia natura formaverat, dabunt tamen Immortale Virtutis & Sapientiæ DOCTORI SERAPHICO ARGUMENTVM.

* Gravis oborta erat tempestas in orientali Ecclesia. Nec miremur insaniisse Orientem, quando quidem, à Summo Capite recesserat. Ad conciliandam totius Corporis concordiam, Concilium convocari debuit. Quis verò felicius, reduceret unionem, quam gemma Præsulum BONAVENTURA. Missus est Lugdunum spirantemq; sine capite Ecclesiam, novus hic de Cælo spiritus animabat. Ut verò insani errores, authoritatem haberent, ab ipso orientis Cæsare, patrocina quærebantur. Putabant imperia Cæsaris pro ratione stare, tantaq; majestate opprimi veritatem. Conclusum est, vicit BONAVENTURA, utq; ad saniora consilia reducti sunt, ad caput redierunt. Novum hoc victoriæ genus, duodecim vicisse monstra, Herculem, Acta posteritatis celebrant, ille verò monstruosum sine capite Orientem. Divitem inferuit unionem annulo Piscatoris, in aureoq; posuit orbe, ne extra caput esset aliquando. Digressi omnes à Concilio non ab illius admiratione, quam etiam cum rediret Romam,

† Episcopus Albanensis creatur. * Lugdunum ad consilium missus.

20
Romam, in oriente reliquit. Luce Orientalem Ecclesi-
am, brevi Latium, immo orbem totum luctu impleverat.
Iam Oriens melius valere cæpit, ille verò morbo corre-
ptus, lucem non immortalitatem videre desiit, quam im-
penderat Orienti. Qui omnia in oriente egerat, ad mor-
tis occasum properare debuit. Iam se ad viam expedive-
rat, deerat SERAPHICO DOCTORI Angelicus itine-
ri commeatus, quem cum non posset ore ad Cor transmit-
tere, pectori admovit. Sciebat enim penetrabile Nu-
men, etiam hac via ad augusti cordis ærarium transire pos-
se. Fecit itaq; prodigiosè sibi inquilinum Numen, quo
suæ immortalitati consuleret. Habent vel ipsi Superi Im-
mortales BONAVENTURÆ gratias, illi Eucharisti-
am, id est BONAM GRATIAM largiendo. Ne ali-
quando cæcutiret Græcia, umbras mortuales subire placu-
it, ut sic relicta à BONAVENTURA luce fruere-
tur. Ultimum laboranti orientali Ecclesiæ, totum impendit
spiritum, ut in Italiam augustas solum detulerit exuvias.
Ne nihil egisse videretur, imposita labori coronide, ani-
mam agere incepit. Parce D DOCTOR. dicam hu-
jus solius te in morte pænituisset, quod non totum Lugdu-
ni pro Ecclesia spiritum effudisses. Et jam subduxit se
oculis non calamis BONAVENTURA. Desiit vivere
non laudari illius.

* *Post fata rursus fama superstites
Evolvit annos.*

Legimus demum in ferali saxo Immortale Virtutis
Tuæ & Sapientiæ Argumentum. Impar erat orbi gloriæ
illius Magnitudo, quare vel alium pro BONAVENTU-
RA postulabat orbem, vel in augustam Magni Principis
ædem transferri debuit. Repetunt sæcula illius memo-
riam innumerisq; miraculis, Sanctorum Titulis ad poste-
ritatem deducunt. Immortale hoc, sexagesimo ultra
centesimo anno caput illius, incorruptum repertum
est. Nimirum æternitati servabatur, quod acerrimè ca-
put

put Ecclesiæ propugnabat. Nec linguæ fata nocere poterant. Habuit enim immensum hoc Sapientiæ ærarium quod æternitati loqueretur. Bene est, non poterant sæculorum linguæ, Tuam satis eloqui Magnitudinem, linguam illis post fata reliquisti. Datura lingua Immortale Virtutis & Sapientiæ argumentum, ultra fata integritatem producere debuit.

Devolvitur jam ad Te **ORDO SERAPHICI PATRIARCHÆ** Religiosissime Oratio. Æternitatis esset Vestra recensere Decora, quare dabitur veniam, si in Vestri Honoris exordio dictio terminetur. Quamquam nec terminari potest, qui cum **SERAPHICO DOCTORE** Immortale Virtutis & Sapientiæ porrigitis **ARGUMENTVM**. Illa est felicitatis humanæ infelicitas, ut brevi ad alios transferatur, Heredes redditura infelices. Non Cynnæ, non Syllæ longa Dominatio, & Pompeij Crassiq; potentia citò in Cæsarem. Ingemiscite mortales? tot olim orbis Decora, una cum suis authoribus tumulari, & ne illos Posteritati fama evolveret, suæ Magnitudinis mole oppressi jacuere. Vestra verò illa gloria est, quam nunquam ab innata Magnitudine deflectere vidimus. Quidquid Magnorum Decorum cogitare possumus, universa hæc in Amplissima **FRANCISCI** manu veneramus. Hic se **SVMMI ECCLESIAE FASCES** evolvunt, hic Purpurati Senatûs rubent Trabes, hic Doctorum adorea frondescunt; plane Univerſa Summorum gloria in Vos translata est. Plura dicam geminæ **SANCTISSIMI ORDINIS** Vestri Manus, æternitatem vobis pollicentur. Reliquisti **SERAPHICE PATRIARCHA** perforatas post fata manus, quibus, veluti triumphali porta Majorum gloria in Nepotes emanaret. Credite parvum videri Vestræ gloriæ orbem totum, cui ne quid ad felicitatem deesset, Vestris Virtutibus, Sapientiâ, omni deniq; Illustrium factorum apparatu décorastis, alijsq; Vestro honori Orbis in orbe quærendus est. Etiam ultra hunc extendisse.

21
cunctis Vestram gloriam, at verò extra illum solum nihil
invenistis. Illustrastis cæcas barbarorum gentes, fugata
infidelitatis nocte. Quocunq; gentium, intulistis pedem,
nocturna extinguebantur sydera. Non secùs,

*Ac tacitam Luna regnante per Arcton
Sydereæ cedunt acies, cum fratre retuso
Æmulus adversis regnaverit ignibus Orbis,
Tunc jubar Arcturi languet, tunc fulva Leonis
Ira perit Plastro jam rara intermicat Arctos.*

Influit in Vestram gloriam effusus Martyrum San-
guis. Vidimus quod nulla non Vestro, tellus cruore ma-
det. Accensa Victricibus flammis busta SERAPHICI
ORDINIS illustrent gloriam, probantq; non mediocrem
Virtutem supremo Elemento. Cecidistis sanctiores vi-
ctimæ non tam furori barbaro, quàm Vestræ gloriæ lita-
turi. Sed quia illustria facta ad Immortalitatem perdu-
xistis, in Exordio laudum Vestrarum finiendum est.
Ignorat terminos Magnitudo Vestra, multisq; relabenti-
bus sæculis Virtutum Vestrarum Decora INTAMINA-
TIS FVLGEBVNT HONORIBVS. Quare dictio-
ni terminum, non pono sed interrumpo. Immor-
tale D. BONAVENTVRÆ & laudum Ve-
strarum, æternitati relicturus
ARGVMENTVM.



Skanowanie i opracowanie graficzne na CD-ROM :



ul. Krzemowa 1

62-002 Suchy Las

www.digital-center.pl

biuro@digital-center.pl

tel./fax (0-61) 665 82 72

tel./fax (0-61) 665 82 82

Wszelkie prawa producenta i właściciela zastrzeżone.

Kopiowanie, wypożyczenie, oraz publiczne odtwarzanie w całości lub we fragmentach zabronione.

All rights reserved. Unauthorized copying, reproduction, lending, public performance and broadcasting of the whole or fragments prohibited.